cile sic contra vos colligetur Omne bonum est a summe  
et incomparabiliter bono Votum querendae remissio-  
nis est bonum ergo ac Auertat preceptor deus hanc amen-  
tia ut in donis eius nos priorer aliquid facere posterius  
ipsum credamus quoniam misericordia eius praeueniet  
me Et ipse est cui fideliter veraciterque cantatur quoni-  
am praeuenisti eum in benedictione dulcedinis Et quid  
hic aptius intelligitur dicit Augustinus quod ipsa de qua lo-  
quitur cupiditas boni At vobis non videtur cupiditas  
boni praeueniri a domino votum inspirante sed ipsum vo-  
tu vultus praeuenire gratiam dei quod quod verum est iudicet  
pius lector Si enim sine illo nihil possumus velle ergo se-  
ne illo nihil possumus incipere et facere aut perficere Quia  
ut incipiamus scriptum est misericordia eius praeueni-  
et me ut autem perficiamus dictum est Misericordia  
eius subsequetur me Dammatis insuper et hanc propositionem  
qua dicitur sacramenta non dant gratiam  
**C**ontra si aliud a deo gratiam dare possit At unde hoc  
probatur si sit ignoratio hoc scio quod beat Angelus gratia  
ita diffinit Gratia est dilectionis inspiratio Ut cognita

25

Sancto amore faciamus. Sed quod sacramētū inspirat  
dilectionem: non ergo ex se gratiam prestant sacramen-  
ta. Item sola gratia discernit redēptos a pditis/ quos  
in unam pditionis massam concreuerat/ ab origine duc-  
ta causa communis. vt habet August. in Ench. Sed sa-  
cramenta sunt omnibus communia/ non discernunt/ si-  
cū etiam sanctus Tho. egregie et vere dixit. Sununt  
boni/ sununt mali. ac. Et Ioannis testimonium verum  
est/ cum dicit lex per Mosen/ Data est gratia et veritas  
per Ihesum Christum. Et quis charitatē dare cepit (ait  
Augusti.) nisi ille qui preparat voluntatem. et cooperan-  
do perficit/ quod operando incepit. Et alibi ad Marcel-  
līnum dicit. Nos autem dicimus humanam voluntatē  
sic diuinit̄ adiuari/ ad faciendā iusticiā/ vt preter hoc  
quod creatus est homo cum libero arbitrio voluntatis/  
preterq; doctrinam/ qua ei precipitur/ qnemadmodum  
vivere debeat/ accipiat spiritum sanctū/ quo fiat in ani-  
mo eius delectatio/ dilectioq; summi illius atq; incom-  
mutabilis boni/ quod densus est. Etiam nunc/ cum per fi-  
dem ambulatur/ nondum perspeciem/ vt hac sibi velut  
arra data gratuitū muneris/ in ardescat inherere creato-  
ri/ atq; inflāmetur accedere ad participationē illius ve-  
ri luminis/ vt ex illo ei bene sit/ a quo habet vt sit. Nam/ i-  
neq; lib/ arb/ quicquam nisi ad peccandū valet/ si lateat  
veritatis via. Et cum id quod agendum/ et quo nitendū  
est/ cooperitnō latere/ nisi etiam delectet et ametur/ nō  
agitur/ non suscipitur/ non bene vinitur. Ut autem dili-  
gatur/ charitas dei/ diffunditur cor dibus nostris. Nō per  
arbitrium liberum quod surgit ex nobis/ sed per spiritū  
sanctū/ qui datus est nobis. Quid enim sunt aliud queq;  
corporalia sacramenta/ ait Augusti. contra Faustum/ nī  
si quedam quasi verba visibilia/ sacrosanta quidē/ ve-  
runtameū/ mutabilia et temporalia. Deus enim aeter-  
nus est/ nec tamen aqua/ et omnis illa actio corporalig/

quae agitur cum baptisamus/et fit/et transit/aeterna est  
Abi rucus ille syllabe celeriter sonantes et transeutes  
cum dicitur/deus.nisi dicantur/non consecratur.Haec  
omnia sunt et transeunt/sonant et transeunt/virtus ta  
men/quae non ista/sed per ista operatur/ugiter manet  
et donum spirituale/quod per ista insinuat/aeternum  
est. Ex quibus videtur/quod sacramenta non habeant  
graciam inherenterem/quam de se dent sed tantum sunt  
signa certissima/quibus scriptura sancta edocti scim<sup>i</sup>  
deum assistere/et sic per ea gratiam credentibus/et sacra  
menta sumentibus/dari. Nunq<sup>t</sup> tu dicimus/ quod dent  
gratiam/tanq<sup>t</sup> gratiae auctores. Sicut nec Eps mulie  
rem sanguinaream ad tactum fimbrie/per inherentem vic  
tutem fimbriae curauit/sed ipse sanitatem ei postulit/dum  
mulier in fide fimbriam tetigit. Beatus Petrus umbra  
sanauit aegros/sed quis diceret/virtutem effectuam sani  
tatis/in umbra petri delituisse/cum umbra sit luminis  
priuatio/cui nulla potest competere activitatis ratio. An  
putatis aeneo serpenti/aliquid diuini numinis infuisse  
quo a laethali serpenti mortu<sup>i</sup> filii Israel solo intuitu  
curabantur? Non vos tanta ingenij inopia languere exi  
stimo/ut tam inepia credatis. Nonne rectissime Ezechias  
rex(recta faciens coram domino) dissipavit excelsa et co  
trivit statuas/et succidit lucos/et fregitque serpentem aene  
um/ quem fecerat Moses. ac. Ob quam queso causam/ae  
neum confregit serpentem/ quem Moses domini iussu  
exixerat/misi/ut Idolatriae causam summonueret de his  
qui diuinum quiddam in eo latere/stulte credebant. Itaq<sup>t</sup>  
nihil esse pericli crediderunt/dicere/ sacramentis nulla  
creandae veldandae gratiam inesse virtutem/dummodo  
firmissime teneant/deum per sacramentorum debitam sump  
tionem/tanq<sup>t</sup> per sacramentissima signa/a se deo ad hoc statu  
ta/atque nobis tradita/gratiam largiri/Nihil ultra curio  
sius remando. Nihil itaq<sup>t</sup> moroz/ingenue confitens/o-

portere accedentē credere/deinde non sacramentū/sed si  
 dem sacramenti iustificare. fortasse hoc p̄bū/quod de o  
 bice dixit/vos offendit/quod Lutherus videtur sentire/  
 p̄positum peccandi habentes/gratiae capaces esse. Et  
 vos putatis/quod sit hominis obicem/id est/voluntate  
 peccāti deponete/et inde sit dei/gratiā infundere. At  
 quid dicen̄: s ad illud p̄phetae/et dabo eis cor aliud/et  
 spiritū dabo eis/et euellā cor/lapideum de carne eōꝝ/et  
 dabo eis cor carneum/ut in preceptis meis ambulet/et  
 iustificationes meas obseruent.ac. Nunquid ergo pos-  
 sumus/nisi absurdissime (secundū August.) dicere/bonū  
 meritum bone voluntatis in homine precessisse/ut euel-  
 leretur ab eo cor lapideum/quandoquidē/ipsum cor la-  
 pideum/non significat/nisi durissimā voluntate/et ad-  
 versus deum omnino inflexibile. Idem p̄pheta/ non ppter  
 actus nostros/sed ppter se/iniquitates dicit deū dele-  
 turum nostras. Non ppter vos (inquit) ego facio dom⁹  
 Israel. sed ppter nomen meum sanctū/quod prophana-  
 tis in gentibus/quo intrastis illuc/et sanctificabo no-  
 men meū. Et infra. Ab omnibus Idolis vestris ego mū-  
 dabo vos/et dabo vobis cor nouum/et spiritū nouū/ut au-  
 feratur cor lapideū de carne vestra/et dabo in vobis coe-  
 carneum/et spiritum meū dabo in vobis: et faciā ut in  
 iustificationib⁹ meis ambuletis. ac. Ja. quis tā caec⁹  
 est/ut nō videat/quis ita lapideus/ut non sentiat/istam  
 gratiam/non secundū merita bona voluntatis/domi-  
 no teste/dari:non ppter vos ego facio:sed propter nomē  
 meū. Quare em̄ dixit ego facio:sed ppter nomen meum  
 sanctū:nisi:ne illi putarent ppter bona merita sua'fie-  
 ri:quod non erubescit dicere Pelagiani. Non soli bona  
 merita eorū nulla:verumetiā mala merita pcessisse de-  
 monstrat/dicendo. Sed ppter nomen meū sanctū quod  
 prophana tis in gentibus. Quis nō videt/horrendū ma-  
 lū esse/nomen sanctum domini pphanare:et tñ prop-

ter ipsum nomen meum (inquit) quod prophanastis vos  
ego faciam vos bonos / non propter vos: et sanctificabo  
nomen meum magnum / quod prophanatum est in gen-  
tibus / quod prophanastis in medio eorum. Sanctificare  
se dicit nomen suum / quod superius dixerat sanctum  
Hoc est ergo / quod oramus in oratione dominica sanc-  
tificetur nomen tuum / ut sanctificetur in hominibus /  
quod per seipsum / sine dubio / semper est sanctum. Se-  
quitur. Et sciant omnes gentes / quia ego sum domi-  
nus / dicit adonai dominus / cu[m] sanctificatus fuero in vo-  
bis. Cum ergo / ipse semper sit sanctus / sanctificatur ta-  
men in eis / quibus largitur gratia suam / auferendo ab  
eis cor lapidatum / per quod nomen domini prophana-  
tur. Haec Prophetae et Augustini verba clare videntur  
indicare / quod non sit nostrum sed domini obicem / id est  
peccandi voluntatem deponere. Immo voluntatem vs-  
q[ue] adeoperuersam / ut etiam si male agere intendat / deus  
ea mutet et couertat / sola sua bonitate / Ad quod proba-  
dum Augusti. inducit contra Pelagium / historiam de  
sancta muliere hester. Sed vellem ut ille diceret / utru-  
rex Alsyrius / cuius hester sancta mulier execrabatur cu-  
bile / quando confidebat in throno regni sui / et omni sto-  
la illustrationis suae indutus erat / totus auro variat[us].  
lapidibusq[ue] preciosis / et erat formidulosus valde / et ele-  
uata facie sua / inflammatu[m] in charitate / iutuitus est ea  
tanquam taurus impetu indignationis sue / et timuit re-  
gina / et conuersus est color eius per dissolutionem / et in-  
clinauit se super caput delicate sue / que precedebat. Vel  
lem ergo / diceret iste nobis / utrum rex ille ad deum iani-  
cucurrerat / et abeo se regi cupuerat / suamq[ue] volunta-  
tem ex eius voluntate suspenderat / et ei iugiter inheren-  
do / unuscum illo spiritus factus erat / non nisi de arbitrii  
libertate utrumque totum deo tradiderat / omnemq[ue] suam  
mortificauerat voluntatem / et cor suum in manu dei po-

29

suerat. Puto non despere sed insanire hominem/ quis-  
quis de illo rege/ qualis tunc erat/ hoc senserit/ et tamen  
conuertit deus/ et transstulit indignationem ei⁹ in leni-  
tatem. Ecce Augusti. palam fatetur/ deum propositum  
male voluntatis mutare/ et dominum tantum esse/ qui  
obicem remoueat. Maius enim est/ malam voluntatem  
mutare in bonam/ q̄ impedimenta gratie tollere. Mir-  
cū domino totum non tribuamus/ in quo sumus/ vilia-  
mus/ et mouemur. Quis autem non videat (idē inquit)  
multo maius esse/ indignationem a contrario inlenita-  
tē conuertere atq; transferre/ quā cor neutra affectione  
preoccupatum/ sed inter utrumq; mediū/ in aliquid decli-  
nare. Legant ergo et intelligant/ non lege atq; doctrī-  
na insonāte extērna/ sed interna atq; occulta/ mirabile  
atq; inestimabili potestate operari deū in cordib⁹ homi-  
num. non solū veras relationes/ sed etiā bonas volanta-  
tes. Aliibi item dicit. Respondeant haeretici noui/ quid  
bonorum meritorū precedat in hominibus inimicis no-  
mini Christiano. Non solū em̄ nō habent donum/ sed ha-  
vent etiam pessimum meritū. Et tñ Cyprianus etiam  
sic intelligit/ quod in oratione dicimus. Siat voluntas  
tua sicut in coelo et in terra/ vt & pro ipsis/ qui ppter hoc  
terra intelliguntur/ oremus. Oramus ergo/ nō solū pro  
volentibus/ sed etiā pro repugnantibus et oppugnatī-  
bus. Quid ergo petimus/ nisi vt siant ex nolentibus vo-  
lentes/ ex repugnantibus glentientes/ ex oppugnantib⁹  
amantes. A quo/ nisi ab illo/ de quo scriptum est/ prepa-  
ratur voluntas a domino. Discant ergo catholici/ qui  
dedignantur/ si quid male non faciūt/ et si quid boni faci-  
unt/ non in seipsis/ sed in domino gloriari. Non ergo nos  
sed dominus obicem/ si quē offendit in omnibus etiā de-  
ponit. Quis em̄ nos in foelices homines liberabit/ de cor-  
poze mortis huius. Gratia dei/ per Ihesum Christū da-  
minum nostrum. Amen.

**D**amnatis insuper circa contritionem ei tale dare  
consilium quod confessurus ante omnia cogitet quid fa-  
ceret si non esset confitendi preceptum an etiam sic vellet  
confiteri conteri poenitere quod si se non ita inneniat  
iam sciat se non ex amore iustitiae sed veler consuetudi-  
ne veler praeceptit timore poenitere.

**C**Quid in hac propositione sit error nescio augura-  
ri Ideo ab eius probatione tamdiu abstinebo donec cer-  
tior reddar ubi offensionis et scandali petra posita sit:  
pleniū ostendat is Quod si fecerit is aut errata si qua-  
sunt vobis cum dammabo aut verum cum Lutheru probabo  
nisi forte errorem dicere placet quod Lutherus constan-  
ter assuerat poenitentia veram potius ab amore iusti-  
tiae incipere quam a timore poenae.

**Q**uod dictum non credo damnatione dignum eo quod  
simpli iustificatio non sit nisi per gratie infusionem Ideo qz  
recte poenitentia a gratia dicitur exordium sumere ita  
est ut timore non excludatur Perfecta enim charitas forsas  
mittit timorem Iam Lutherus non dicit Omnis cha-  
ritas forsas mittit timorem sed perfecta ac Sicut etiam  
August habet Bonum est tibi o anima virginalis ut sic  
quomodo virgo es sic omnino seruans in corde quod re-  
nata es seruas in carne quoniam nata es concipiatur a timo-  
re domini et parturias spiritus salutis Timor quidem non  
est in charitate sed perfecta sicut scriptura dicit Charia-  
tas forsas mittit timorem sed timorem hominum non dei ti-  
morem temporalium malorum non diuini in fine iudicij Ecce  
timor extremi iudicij teste Augusti stat cum charitate  
viae quae nondum undequeqz perfecta dinoscitur

**C**additur in doctrinali damnatione.

**I**tem quod fides qua creditur verbum Christi verum  
Quodcumqz solueris super terram recte magis requiritur  
in absolutione sacramentali quam ipsa contrito etc  
Et infra Quare magis est a confiteente requirendum au-

31

credat se absolui / quā an sit vere cōtritus. Item / idē ex-  
presse dicit de accessu ad venerabile sacramentū Eu-  
charistie / in sermone de p̄paratione ad Eucharistiā. *Ac.*

Hac propositione 2dennata / vide mī concedere /  
minus oportere poenitentē aut communicantē de fide  
esse sollicitum / q̄ de contritione. *Ac.* Cuius oppositū Chri-  
stus / Apostoli / ac sancti patres docuerūt. Agnoscitis ne  
Christi vocem / qui toties fidē repetiuit / quoties salutē  
contulit. *Vade* (inquit) fides te saluam fecit. Item in eo  
dē capite legitimis / dominū caecis dixisse / Creditis / quia  
hoc possim facere vobis. Dicuntem / vt iżz domine / Tunc  
tetigit oculos eoz dicens / secundū fidē vestram fiat vo-  
bis. Marcus item / non cōtritionē sed fidē illorū / qui pa-  
raliticū domino presentarunt c̄bmendans ait. Cum aut  
vidisset Ihesus fidem illorū ait paralitico / fili / dimittū  
tur tibi peccata tua. *Preterea* quo vbo principemysna-  
gogae / cuius filia mortua erat / solatus sit attendamus  
Nam Lucas dicit / Audito hoc ḥbore respondet patri puel-  
lae / Noli timere / tantū crede / et salua erit. In fidē in a-  
nimaz iustificatione fastidit / quā in corporis resuscita-  
tione habendam toties admonuit. Absit / Vēdicet ergo  
in poenitente 2tritio ita suas partes / vt tñ totius spiri-  
tualis aedificij fundamentū sit ipsa fides. Ab hanc ergo  
claram veritatē / Apostoli quoq̄z accedant / Petrus in ac-  
tis Apostolorū dicit. Tam iudeos q̄ gentes fide purifica-  
tos. Paulus item inquit / Omnes enim filii dei estis p̄ fidē  
que est in Xpo Ihesu. Et alibi / Iustitia dei reuelatur in  
illo ex fide infidē / sicut scriptum est / Justus ex fide viuit  
Et infra / Corde creditur ad iusticiā. Videtis Apostolū  
fidem tribuere cordi / omnibus ceteris membris tacitis.  
His enim iustificatiōis est ordo / vt cor per fidē purificetur  
et inde iustitiae opera per manus / et affectus opera p̄ pe-  
des significata / ex fide / sicut ex eoz fonte fluat. Ioannis  
primo idē testatur / Dedit eis potestate (inquit) filios dei

sieri his qui credunt in nomine eius. Et Jacobi Si quis  
vestrum indiget sapientia postulet a deo qui dat omnibus  
affluenter et non improperat et dabitur ei. Postulet autem  
in fide nihil haesitans. Insuper Augustinus de trinitate. Si idem  
meriti causam assignat dicens. Quales enim amant tales  
inaeternum conservant. quod tunc erit. cum tradiderit regnum  
deo et patri qui nunc interpellat pro nobis ut iam non ro-  
get patrem quia ipse pater amet nos. Quo autem merito  
nisi fidei qua credimus antequam illud quod promittitur vi-  
deamus. Et in libro de fide et operibus inquit. Funda-  
mentum Christus est. in structura architecti sapientis hoc ex-  
positione non indiget. Aperite enim dictum est. Fundamen-  
tum enim aliud nemo potest ponere preter quod positum  
est quod est Christus Iesus. Si autem Christus per dubiofici-  
des Christi. Per fidem quippe habitat Christus in cordi-  
bus nostris. patet ergo per Augustinus et alios locis. Si  
de primis fundamentis esse Christianae edificationis.  
Unde in libro de natura et gratia inscribitur dicitur. Si er-  
go volumus animos ad recte vivendum frigidos et pigros  
Christianis exhortationibus excitare et accedere primi  
tus exhortemur ad fidem qua Christiani siant et eius no-  
mini subiectantur sine quos alii esse non possunt. Stat er-  
go Apostoli verbum firmum quo dicitur. Justitia dei per  
fidem Iesu Christi in omnes et super omnes qui credunt  
in eum. Non enim est distinctio. Omnes enim peccau-  
erunt et egredietur gratia dei. Justificati gratis per gratiam ip-  
sius per redemptionem quae est in Christo Iesu qui  
proposuit deus propiciatorem per fidem in sanguine ip-  
sius per redemptionem quae est in Christo Iesu qui  
proposuit deus propiciatorem per fidem in sanguine ip-  
sius ad ostensionem iustitiae eius in hoc tempore ut sit  
ipse iustus et iustificans eum qui ex fide Iesu Christi.  
Ubi est ergo gloriatio tua. exclusa est per quam legem-  
factorum minime sed per legem fidei. Arbitramur enim

iustificari hominē p̄ fidē/sine operibus legis. In summa  
 tēpus me cū Apost. deficeret si de fide patrī utriusq; te-  
 stamēti oia narrare velle. Per fidē eīm vicerūt regna ope-  
 rati sūt iustitiā/adepti re, pmissōes. &c. De mū ergop̄i  
 mū locū fidei / p̄ quā solā multi salui facti sūt / & sine qua  
 nemo potest saluari. ¶ Dānānt quoque Magistri quod  
 modū examinandi scietiā improbet. Hic Magistri no-  
 stri tandem se viros ostendūt et quod sacras literas quoq;  
 attigerint hoc est argumēto quod ad sua cōfirmāda nō  
 vnu tātū canonē sed duos etiā inuenēt Ca. Quē peni-  
 tet et Ca. Dis utriusq; seruus de pem. & re. Scilicet hec b-  
 na res est. Theologis istis dignissima thesauro tā recō-  
 dito tā lachto iā tandem inuēto nō incubare sed erutū/in  
 mediū pferre omnibusq; q̄ libi thesaurisare volūt nō il-  
 liberaliter 2municare. Simiꝝ nihil phibet quin id eti-  
 am serio trūphant quod vnde sit ille thalaurus. quisue  
 sit eius legitim⁹ possessor. venerit in dubiū. Quo facili⁹  
 ipsi 2firmabunt veterē bispositionē quia multis est credi-  
 tū nō August esse cui eū quidā supponunt sed potius aī  
 cui⁹ ex Euclitionum familia. At rē ipsam vide am⁹. Alter  
 canon. Duem poenitet assumptus est ex libro de vera et  
 falsa poenitentia qui a multis negatur esse August. Co-  
 tra alterum. Omnis utriusq; seruus sic excipio. Quis ex  
 mille tanta est memoria vt omnium peccatorum suorū  
 toto anno commissorum possit meminisse atq; omnia  
 confiteri. Nōne scriptum est. Delicta quis intelligit.  
 Ab occulti s mei munda me. Porro tantum abest vt  
 omnia mortalia possimus nosse (nedum confiteri) vt e-  
 tiam bona opera nostra si deus per rigorem iudicet & nō  
 misericordia ignoscente tegat sint damnabilia.  
 Quod etiam propheta Esa. testatur. Et facti sumus vt  
 immundi omnes nos et quasi pannis menstruatae vni-  
 versae iustitie nostre. &c. Ideo etiam dauid supplex orat  
 Non intres in iudicium cum seruo tuo quia non iustitia

cabitur in conspectu tuo omnis viuens. Sic vas electio  
nis peccatum suum confitetur. Ego autem (inquit) carnalis  
sum/venundatus sub peccato/Quod enim operor/nō intel-  
ligo. Non enim quod volo bonum/hoc ago/sed quod odio ma-  
lum/illud facio. &c. Et vir ille rectus in terra Hus. veretur  
omnia opera sua. Ia/q potest omnium operum suo per memoriam  
esse ille omnia sua peccata confessatur. At quis est ille/et  
laudabimus eum. Omnia quoque sere sententia est confessio-  
nem oportere esse simplicem/puram/veram/et brevem. Nam  
eam ecclesiae ad mentis quietem/ad conscientie tranquili-  
tatem/non perturbationem datam/certum est. Nille autem in  
terrogatione genera/ab inerudita summa/quam Angelicam  
vocant posita/quis unquam poenitentiarins/etiam  
memoria multum valens/ordinie interrogare confiten-  
tem potest/but miseri poenitentis casum interim taceam/  
qui plerumque suo poenitentario memoria et eruditio-  
ne est inferior. Quo modo ergo biterque/in angustia conscientiae  
carnificina/et in tortu diaboli laqueos non incidat  
De quibus qui volet/legat Grego.in.iiij.et.vij. Moxa/ Si  
ergo mens Christiana diuinis mandatis in primis ins-  
tituta/et sciat/longe plura soli diuine misericordiae et  
bonitati esse relinquenda. quam suae diligentiae et exami-  
nationi remittenda. Ex eadē radice ostenditur/quod nul-  
la peccata sunt confessenda/nisi nota. Sed cū omnia mor-  
telia non scias/omnia quo modo confiteberis? Verum ne de  
re cordatis et Christianis hominibus non dubia/pluri-  
bus agas/qui ignorat/quit/quo modo et quatenus confi-  
tendum sit/aureum libellum. Do. Mar. Lutheri de ratione  
confessandi nuper multorum rogatu editum consulat.

**C** Damnam istam/quod circa mandata dixit.  
Deus ligat hominem ad impossibile. Et quod diuino prae-  
cepto tenemur ad non habendum somitum peccati quem/quia  
habemus/et in hac vita care non possumus/semper pec-  
camus.

35

Primum immittere dānatis/si saltē quo sensu dice  
tit Lutherus/capitis. Non em tam stolidus Luther⁹ est  
vt omnibus modis deū homini impossibilia praecepsisse  
dixerit. Non em Hiero.ei ita alienus est. vt vulgari dic-  
ti eius non sit memor/qua passim conclamat. Anathe-  
ma sit/deū impossibilia praecepsisse Et iterū in primo li.  
dialogi contra Pelagii haeretici. Ubi dicit possibilia p-  
cepit deus/et ego fateor.sed haec possibilia cuncta/sin-  
guli habere non possumus/nō imbecillitate nature ne ca-  
lumniā facias/sed animae lassitudine/quae cunctas si-  
mul et semp non possunt habere virtutes. In putatis eū  
patris sui non meminisse/qui toties fatetur deū impos-  
sibilia non p̄cepsisse. Ait namq; August. secundo de pec-  
cator⁹ merit⁹. His atq; huiusmodi alijs innumerabilis-  
bus testimonijs dubitare non possum/nec deum aliquid  
impossibile homini praecepsisse. Et iterū li.de natura et  
gratia/dicit. Non igitur impossibilia iubet/sed inbēdo  
admonet/et facere quod possis/et petere quod nō possis.  
Sententiam suā Luther⁹ clare de hac ppositione ape-  
ruit/ eo libz/o quē de articulis ab Eckio iudicatis/inscrip-  
fit. Ubi ita legitur Dico ergo/ quod mandata dei/ etiam  
leuissima/ et minima/sunt homini impossibilia per seip-  
sum/sed cū gratia dei sunt facilissima/ vt Apostolus dicit  
Possū omnia in eo qui me cōfortat. Qui alibi dicit. Nō  
sumus sufficiētes aliquid cogitare ex nobis/tanq; ex no-  
bis. Et in resolutorio cōclusionū Lipsiae disputator⁹/cō-  
clusionē secūda/ Idem dicit/ qualis (inquit) putas furoz  
est eoz/ qui contra gratiā et contra ecclesiam insaniunt  
legem posse impleri ex natuzalibus viribus/quo ad totā  
substantiā facti/ licet non ad intentionē precipiētis. Ha-  
bere vos Martini mentē credo. Et hanc Martini sentē-  
tiam negare arbitror⁹ neminē Quā etiam diuī August.  
tenere nō dubito. Nā in li.de spiritu & litera ad Marcell.  
cū exponeret de dilectione p̄ceptū/quo iubemur deū/ ex

toto corde / et tota anima / et ex tota mente nostra diligere dicit Neqz restat in nobis aliquid quod possit addi ad totū. quia si restabit aliquid illud non erit totū. Promde hoc erit primū pceptū iusticie. quo iubemur deum diligere ex toto corde. sc. cui est de primo diligendo alter cōsequens quod in illa vita complebimus / cū vibebimus deum facie ad faciem. Sed ideo etiā hoc nunc nobis pceptum est vt admoneremur / quid fide exposcere. quo spem premū tere / et obliuiscendo que retro sunt / in quae anteriora nos extendere debeamus. Ac per hoc / quantū mihi videatur / in ea qua perficienda est iusticia / multum in hac vita ille proficit / qui quam longe sit a perfectione iustitiae / proficiendo cognouit. Et alibi querenti salubriter occurrit / dicens / Cur ergo iubet / quod scit / nullum hominem esse facturum. Respondebat / Hoc modo etiam dici potest / cur primis illis hominibus iusslerit / qui duo soli erant / quod sciebat eos non esse facturos. Neqz enim dicendum est ideo iussisse / vt nostrum aliquis id facheret / si illi non facerent. hoc enim / ne de illa scilicet arboze / cibum sumerent / non nisi illis solis deus iussit / quia / sicut sciebat quid iustitiae facturi nō erant / ita etiam sciebat quid iustitiae dei illis ipse erat facturus. Eo modo ergo iubet omnibus hominibus / vt non faciant ullam peccatum / quamvis sit p̄aesciūs / neminem hoc impleturum ut quicunqz impie et damnabiliter eius p̄ceptum contemplerint / ipse faciat eorum damnatione / quod iussum est. Quicunqz autem in eius p̄ceptis obedienter et pie proficientes / nec tamen omnia que precepit impletentes / sicut sibi dimitti volunt / sic alijs peccata dimiserint / ipse faciet in eorum mundatione / quod bonū est. Et in libro de perfectione iustitiae dicit. Iterum ait Celestius / quae rendum est / vtrum p̄ceptum sit homini / esse sine peccato. Aut enim non potest / et p̄ceptum non est / aut quia p̄ceptū est / potest. Nam / cur p̄cipetur quod

omnino fieri non posset. Respondet Augustinus / consul  
 tissime homini p̄cipi / vt rectis passibus ambulet / vt cū  
 se non posse perspicerit / medicinam requirat / quae inte  
 rioris hominis / ad sanandam peccati claudicationem /  
 quae gratia dei est / per Christum dominū nostrum. zee.  
 Met aliam ob causam (idem ait Augusti.) scriptura con  
 memorat / nō esse grauia diuina p̄cepta / nisi vt anima  
 que illa grauia sentit / intelligat / se nondum accepisse vi  
 res / quibus sunt talia p̄cepta domini / qualia commē  
 dātur / leuia scilicet / atq; suauia / et oret gemitu voluntā  
 tis / vt impetrat donum facilitatis. Et em. i. Johā. v. di  
 citur. Hec est charitas dei / vt mandata eius seruemus /  
 mandata eius grauia non sunt. Hoc testimonium Johā  
 nis debet vtique commouere / charitati dei non esse gra  
 ue mandatum dei / non humane voluntati / cui plus dan  
 do q̄ opozet / ignorat iusticiam dei. Charitas enim / que  
 non nisi per spiritum sanctum infunditur / cordibus no  
 stris / tunc perfecta erit / cum poenalis timor omnis ab  
 scellerit. Quod tunc erit / cum nulla lex erit in membris  
 nostris / repugnans legi mentis nostrae. Quo tempore /  
 primum et summum omnium p̄ceptorum implebi  
 mus. Quia tunc demum / deum ex toto corde / tota ani  
 ma / tota mente / sine carnis concupiscentia / que est radix  
 omnium malorum / diligemus. Amen.

**D**amnatis quoque / quod dicit / omnes filios Adae  
 esse Idolatras.

**P**eccatores esse omnes homines / supra satis dictū  
 puto firma est sententia Dis homo mēdax / Sol⁹ Xps. li  
 vera ac vera voce dicere potest. Quis ex vobis arguit me  
 de peccato? Si ergo oēs filii Ade sunt peccatores / non ē  
 iniuria dicere oēs filios terreni Adam Idolatras / quia  
 primi p̄cepti prevaricatores / nō quidē Idolatria cras  
 sa / qua quidam ad externa manuum suarum opera sele  
 cōuerterunt / ligna et lapides stolidissime adorātes. De

argentū et aurū opera manū hominum / Oshabent et  
quibus Propheta in psal. cecinit / Simulachra gentiū  
nō loquentur / oculos habent et nō videbunt. ac. Sed in-  
tus in cordis secreto. quando non sine Idolatrie nota a  
deo anerimus / et ad creaturā / quā deo preferimus / con-  
uertimur / non sine dei iniuria etcōtemptu. Quod in om-  
ni peccato fieri certissimum est. Nā (vt August. in lib. de  
natura et gratia dicit) Omne peccatū. ni falloz cōtemp-  
tus est / et omnis dei ztemptus / superbia est. Quid enim tā  
superbum (inquit) quam deū contēnere? Initū aut̄ om-  
nis peccati / superbia est. Eccl. x. In vobis Idolatra nō  
est / qui dicit in corde suo / non est deus? Quod omnes fa-  
ciunt / vt Apost. docet / cum dicit / Causati aut̄ sumus / Ju-  
deos et Graecos / omnes sub peccato esse: quia nō est in-  
stus quis q̄p / non est intelligens / non est requirens deum.  
Omnes declinauerunt / simul inutiles facti sunt / non est  
qui faciat bonū / non est vñq; ad vnum Procul dubio Xpm  
dominū nostrum. Nemo primi precepti trāsgressor non  
est / nisi qui fide nō ficta in deū credit / quam / quia nemo  
ex se ipso habere potest / sed solo dei dono / et sola immerī  
ta dei gratia nobis gratis data / vt Apost. docet / ad Phil.  
dicens / In nullo expauescatis ab aduersariis / que quidē  
est illis causa pditionis / vestrae aut̄ salutis / et hoc a deo.  
quia vobis donatū est pro Christo non tantū vt credatis  
in eū sed vt etiam patiamini pro eo. Et alibi. Pax fratri  
bus & charitas cū fide / a deo patre / et domino Ihesu Xpo  
Recte ergo omnes filij Adā terreni dicunt̄ Idolatre / q̄a  
sunt caro et sanguis que non reuelat nobis Xpm Ihesū  
filium esse dei viui. Omnes vero coelestis Adae filii / ex  
aqua et spiritu sancto renati / non peccat / quia / qui nat̄  
est ex deo / nō peccat / et sequenter nō perit. Quia omnis  
qui credit in eū nō perit sed vitā aeternā habebit. Amē.

**C**Et hoc damnatis / quod dicit / virtutes morales ac  
Scientias speculativas / in peccatoribus peccata esse.

**C**ontra vos dico. Virtutes morales ut sunt in  
 peccatore non habente gratiam sunt vicia ergo non vir-  
 tutes. Quod pbo per August. in libro contra Julia. ubi  
 sic dicit. Ego dico pudicum non veraciter dici qui no pp-  
 ter deum veram fidem connubij seruat uxori. Unde autem  
 illud ostenderem. paulo post adhibui quod mihi visum est  
 grande documentum. Cum enim virtus sit (inquit) pudicitia  
 cui vitium contrarium est impudicitia omnesque virtutes  
 etiam que per corpore operantur in animo habitent quomo-  
 do vera ratione pudicum corporis asseritur quando a vero  
 deo ipse animus fornicatur. Deinde ne quisque nostrum ne-  
 garet animum infidelium fornicari adhibui testimonium  
 de scriptura sancta ubi legitur. Ecce enim qui longe se fa-  
 ciunt a te peribunt perdidisti omnem qui fornicatur abs te. ac.  
 Ex quibus omnibus patet quod aut in anima fornican-  
 te pudicitia vera esse possit quod cernis quam sit absur-  
 dum. Aut in animo infidelis pudicitia vera esse non possit  
 quod est verissimum. Et in eodem ca. infert. Sed absit ut  
 sit in aliquo vera virtus nisi fuerit iustus. Absit autem ut  
 sit iustus vere nisi vinat ex fide. Quis porro evix qui se  
 Christianos haberi volunt nisi soli Pelagiani iustum  
 dixerit infidelem iustum dixerit impium iustum dixerit dia-  
 bolo mancipatum. Sit ille licet fabri cius sit licet fabi-  
 us sit licet Scipio sit licet regulus quoque me Augusti.  
 inquit ad Celestium li. quo supra ) nominibus tanquam in  
 anti qua Romana curia loqueremur. putasti esse terre-  
 dum. Verum si tu in hac causa et si ad scholam Pythagoro-  
 re processes vel Platonis ubi eruditissimi atque doctissi-  
 mi viri multo excellentiore ceteris philosophiae nobili-  
 tate veras virtutes non esse dicebat nisi que metu quo  
 dam modo imprimunt a forma illius aeternae immutabi-  
 lisque substantiae quod est deus. Etiam illic aduersus te  
 quantum donat qui nos vocavit pietatis libertate clama-  
 bo. Nec in istis est vera iustitia quo iustus ex fide vivit.

Fides et auditus/ Auditus autem per librum dei. finis legis  
Christus ad iusticiam omni credenti. Quo modo sunt ve-  
ri iusti: quibus vili est humilitas veri iusti? Quo enim p-  
pinquauerunt intelligentia: inde superbia recesserunt:  
quia cognoscentes deum non sicut deum glorificauerunt, aut  
gratias egerunt, sed euauerunt in cogitationibus suis  
et obscuratum est insipiens cor eorum. Dicentes enim se sa-  
pientes/stulti facti sunt. Quo modo est in eis vera iusti-  
tia/ in quibus non est vera sapientia? Quia si eis tribue-  
remus nihil erit cause/ cur eos non ad illud regnum perveni-  
re dicamus/ de quo scriptum est/ Concupiscentia sapientie  
ducit ad regnum. Sap. vi. Ac per hoc Christus gratis mor-  
tuus est: si homines sine fide Christi/ ad fidem veram ad  
virtutem veram/ ad iustitiam veram ad sapientiam ve-  
ram/ quacunque re alia/ quacunque ratione perveniant.  
Proclus/ sicut de lege verissime ait Apostolus/ Si per do-  
ctrinas hominum qualiumcunque (nota lector) iustitia.  
ergo Christus gratis mortuus est/ Per quod enim vera  
iustitia/ per hoc etiam regnum dei. Deus namque ipse/ quod  
absit/ erit iniustus/ si ad eius regnum verus non admis-  
titur iustus/ cum et ipsum eius regnum iustitia sit quem-  
admodum scriptum est/ Non est regnum dei esca et po-  
tus/ sed iustitia/ et pars a gaudium. Porro/ si veram iusti-  
tiam non habent impij. profecto. nec alias virtutes co-  
mites eius et socias/ quia cum non referuntur ad suum  
auctorem dona dei/ hoc ipso mali his utentes efficiun-  
tur iniusti/ si quas habent/ veras non habent. At per hoc  
nec continentia/ siue pudicitia/ vera virtus est impij. ac  
Et infra/ Noveris itaque non officijs/ sed finibus/ a vicis  
discernendas esse virtutes. Officium est autem/ quod faci-  
endum est. finis autem/ propter quod faciendum est. Cu  
itaque facit homo aliqua/ ubi peccare non videtur/ si non  
propter hoc facit/ propter quod facere debet/ peccare co-

41

uincitur. Absit autem ut virtutes vere cuiquam seruiantur, ne  
si illi vel propter illum cui dicimus Deus virtutum querere nos  
Proinde virtutes quae carnalibus delectationibus vel  
quibuscumque comodis et emolumentis temporalibus ser-  
uiuntur vere prozessus esse non possunt. Verae quippe virtu-  
tes deo seruiuntur in hominibus a quo donantur homini-  
bus deo seruiuntur in angelis a quo donantur angelis. Quic-  
quid autem boni sit ab homine et non propter hoc sit propter  
quod fieri debere vera sapientia precipit et si officio vide-  
atur bonum ipso non recto fine peccatum est. Habetis quod  
Augustinus virtutes et sapientiam in peccatoribus et in-  
fidelibus dicit esse non veras virtutes sed virtus et pecca-  
tum. Mirum quod tam temere tam patrem audetis dana-  
re. Sapite iam tandem et quam stulte Lutherus doctrinaliter  
a vobis damnatus sit ad animi iudicium renovate. Sed ti-  
meo vos extrema pituita languere ut quos damnando le-  
dati non possitis olfacere. Terreat vos quod scriptum est.  
Ne qui dicitis malum bonum et bonum malum ponentes te-  
nebras lucem et lucem tenebras ponentes amarum in-  
dulce et dulce in amarum. Sed de his satis. Jam superest  
candidus lector ut tibi rationem afferam cur hanc qua-  
lecumque defensionem pro Marti Lutheru praceptore  
meo Christianissimo sane ex tempore factam vulgaue-  
rim. Non est una causa sed multae ex quibus aliquot  
aedam. Ego iam Uittenberge supra quindecim an-  
nos atque in ijs amplius quam duodecim. Physica  
Aristotelis publice docui non tantum insecta Thomae  
sed ex maxima parte in secta Scotti. Ibi quicunque libri p-  
vtriusque secta vel confirmanda vel refutanda ab acu-  
tis philosophis et ijs fere cucullat⁹ sed male seriatis p-  
dierunt eos mihi coemti. Ex quibus longo usu cum didi-  
cisse ad disceptationem pro gloriola captanda plus  
Scottica utpote intriciora impeditiora obscuriora  
callidiora et ut semel dicam propter inauditos ante eā

sectam modos loquendi ad illaqueandum pedicis et tris-  
cis vel auditorem vel aduersarium multo instructissi-  
ma / valere eis me addixi ita ut que ab aliis cōtradice-  
bantur omnia diluere conarer non in philosophieis tā-  
tū studijs sed etiā Theologicis. Idque inter nostre Aca-  
demiae homines nam nec philosophos nec Theologos  
quales tūc erant audeo dicere oīm p̄tinacissime. Hic cū  
ad spinose artis nugalia vt Wlyssis socij ad Syrenios  
scopulos fere cōsenuissem peruenit ad nos sed non sine  
numine diū. Martin⁹ Luther⁹ qui tāetsi eisdē nūgis a  
puero institutus fuit ac supra aequales suos insigniter  
promouit nescio tamen quo pacto pueriles vanae rivo-  
se et seditiose disceptationes in Philosophia sed magis  
in Theologia ei displicerunt. Ideo vt primum clā de-  
inde palam gloriois aliquot philosophie ac theologie  
cōcertatorib⁹ coeperit esse grauis et odiosus. Nō tamē  
inuidie cessit sed quanto magis hominum conspiratio-  
ne p̄mebatur tanto magis diuinagratia erigebatur.  
Ea em est dei in suis actionib⁹ incōprehensibilis admi-  
nistratio vt que homines degrauant ipse pro sua inest  
mabili virtute subleuet et contra quae homines attol-  
lūt ipse deprimat. Ibi postq; annis aliquot in studio ph̄  
ilosophico rectius tractando nihil aliud promoueret q̄  
vt id cooperit esse in minori precio quod quosdam in eū  
tunc exasperauit grauior opera tētauit sacram philo-  
sophiam vt in qua de salute anime ageretur pro dei be-  
nignitate instaurare atq; ad iudicium et fontē reuoca-  
re. Quod ei preter spem tā feliciter cessit licet nō defue-  
rit qui manib⁹ pedib⁹ in qb⁹ et ego fui vt nō prim⁹ ita  
nec vltimus repugnarent vt non solum Theogiam  
quod tunc spectauit prosua viriliter restituerit sed etiam  
plane ostenderit philosophiae quamlibet sanctae p̄ae-  
sertim vt nūc bulgo in scholis tractaretur cū sanctis  
teris nihil conuenire. Unde cum in Theologica disputa

tione / quorūdā auctoritatē subinde eleuaret / quod / aut  
 meri essent sophistae / aut ita humanam philosophiā cū  
 diuina miscuissent / vt magis obessent q̄ prodissent / tan  
 dē perfecit / vt primū vn⁹ et alter / deinde plures a scho  
 lasticis doctoribus ad ecclesiasticos / et ab illis ad biblia  
 cos libros / quasi per grad⁹ deficerent. ita tamen / vt pri  
 mū ecclesiasticos omnes in omnibus legerēt ac sequerē  
 tur. Quod cum saepe admonuisset / non esse faciendum.  
 vix tandem obtinuit vt omniū hominum dicta / ad sacram  
 scripturam exigerent. cui / vt quisq; ex sanctis patrib⁹.  
 proprius videretur accedere / ita in maiori habendū pre  
 cīo. Quod consilium eius / cum principes aliquot in  
 Philosophia et Theologia viri sequerētur. Erasmi elo  
 quentia / quasi tuba animati / ego omnium nouissime  
 (tam obstinatus fui in inueterato studio) dei misericor  
 dia apprehendi. Tante molis erat / veteratos ponere  
 mores. Nam / cū adolescentia et iuuentute / vt que nondū  
 fuit humanis cōmentis / tā corrupta / minus ei fuit nego  
 cij. facile enim illa / quo ducta fuit / sequebatur / tanta fa  
 ne copia / tāto successu / vt admodū paucos / tam claro. q̄  
 obscuro loco natos / in hoc toto literario gymnasiosit in  
 uenire / qui nō pluris faciat diuinās q̄ humanas quascū  
 q̄ literas / qui nō magis se oblectent bibliacis / q̄ quorū  
 cunq; hominū librīs. Quod nemo mihi facile persuade  
 ret / nisi ipse / nō sine magno gaudio id viderē. Non quod  
 bonas aliorū artes / quibus ad grauiorā studia perueniē  
 negligat / sed eas modice et cū iudicio tractent. Quod qā  
 ipsi per se facere nō potuerūt / prudētissimus iuxta et libe  
 ratissim⁹ Princeps Elector⁹ Frederic⁹ ac. Mēcoenas nō  
 (cuius erē plo / iā multa a peruersa institutiōe vindicat.  
 Gymnasia) eis prudētissimos duces. In studio triū lin  
 guarū / Hebreac / Grece / et Latine / Philippū Melanch.  
 Mattheū Hadrianū / et alios in alijs / peritissimū quēq;  
 in sua facultate (quos / quid attinet hic oēs numerare.).

cū magno delectu p̄fecit. Hōs qui sequuntur in aīorē nūc in  
literis vere literatis profectū vno anno faciūnt quā an-  
tea in quinqz. Recti itaq; studii cū alii alijs sint autores  
(inter quos Erasmus est omniū citra cōtroversiam pri-  
mus) mihi alijsq; in numeris post deū Opt. Mar. Mar.  
Lutherus licet sex fere annis (vt ingenue verū dicā: vel  
propter mēā hebetudinē vel malignitatē vel (quod qui  
dē magis credo) quod cōsuetas artes desinere nō potui)  
id frustra conatus sit persuasit: vt philosophis magis q̄  
Theologis repositis sanctozū patrū scripta cū iudicio  
legerem nec in omnibus temere imitarer sed omniū ho-  
minū dicta ad diuinū eloquū quod solū est castū pba-  
tum examinatū ac omnis erroris expers exigere. Cu-  
tius rei cū iā aliquā dñm fecissem periculū Christianissi-  
mā inueni doctrinā Lutheranā quā assenerat. Nam si  
quando disputat hoc facit meo iudicio vt cōmuni iure  
ita eo cōsilio vt ostēdat (sine Christiane religiōis factu-  
ra) cōtra multozū opinionē q̄ ea quae in sacris literis  
aut non sunt expressa aut nō consentanea omnia nutent  
huc atq; illuc rapiantur et diuinī verbū tantū sit immu-  
tabile et aeterū. Proinde mearum esse partium iudica-  
ui (scilicet quoniam tot anni plane a Luthero propter  
ante dictas causas dissensi) partim edito quo cunqz mo-  
numēto testari me iam de gratia ac sacrarum literarū  
tractatione adductū perinde atque scripsi ex animo sē-  
tire: at tantisper ita sensuz quo ad me errare aut aliis  
sana Christi doctrina cui libenter cedam nō cōmentis  
quo cunqz hominum quiccerit aut ipse meum errorem  
ex probata scriptura deprehendero Partim candidum  
lectorē admonere. vt etiā atq; etiā videat quibus fidē  
de diuinis oraculis p̄munciatibus habeat nequaq; illis  
fidat qui nō erubescunt dānare quod aut nō possunt vi-  
cio ingenii aut nolunt malignitate naturae intelligere  
Discatqz meo periculo tēp⁹ meli⁹ collocare q̄ in sophis-

95

Nicis delyramētis insumere / et quae in illa cōgesta sunt  
fidē astringere. Quod in cōfesso est Christi testimonio / sa-  
pientiā mundi / stultitiā esse apud deum / Et pphete / Elo  
quia dei / eloquia casta Oportet certe / qui spiritualia vult  
iudicare / spiritale esse / et vita et moxibus Theologum.  
ad inferos deductū et reductum / spiritu sancto regene-  
ratum. Nec ideo cuiquā in diuina scriptura credere quia  
magno titulo Theologiae / iuris / medicinae / superbiat  
aut sanctorum patrum et Conciliorum dicta et statuta  
sine iudicio contra Christi doctrinā proferat. Est enim  
scriptum. Abscondisti a sapientibus / et reuelasti ea par-  
vulis. Quibus spiritus sanctus sacraꝝ literaꝝ misteria  
reuelat. ii soli de illis recte iudicant. Quamobrem / cui  
adhuc est integrum / eā Academiā petat / ubi studia recte  
tractantur / ubi diuina preferuntur humanis / quecunqꝫ  
tandē sit illa / siue Wittenbergensis / siue alia. Ita fac  
mi lectoꝝ / et vale.

1851233